Quelle: https://manuscripta.at/?ID=991
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ta quem vitulum tollens et hedum:
et seruabitis eum usque ad quartam
decimam diem mensis huius. ymo
labetque eum universa multitudo
filiorum israel ad vesperum Et sumet
de sanguine eius ac ponet super
utriusque postem: et in superliminari
bus domorum in quibus comedent
illum Et edent carnes nocte illa
assas igni et azimos panes cum
lactucis agrestibus Non comedet
is ex eo crudum quid nec coctum a
qua: sed assum tantum igni Caput
cum pedibus eius et intestinis
vorabitis. et os eius non comminu
ietis: nec remanebit ex eo quid
quam usque mane Si quid residui
fuerit igni comburetis Sic autem
comedetis illum Lenes vestros accin
ctos: calceamenta habebitis
in pedibus tenentes baculos
manibus: et comedetis festinan
tes Est enim phase: id est transitus
domini Tractus Eripe me domine ab
homine malo a viro iniquo libera me
℣. Qui cogitauerunt malitias in
corde tota die constituebant prelia ℣
Acuerunt linguas suas sicut serpentes
venenum aspidum sub labiis eorum ℣.
Custodi me domine de manu peccatoris
et ab hominibus iniquis libera me ℣ Qui
cogitauerunt supplantare gressus meos
absconderunt superbi laqueum mihi ℣.
Et funes extenderunt in laqueum pedibus
meis iuxta iter scandalum posuerunt mihi
℣. Dixi domino deus meus es tu exau
di domine vocem orationis mee ℣. Domi
ne domine virtus salutis mee obumbrasti
caput meum in die belli ℣. Ne tradas
me a desiderio meo peccatori cogitauerunt
adversum me ne derelinquas me ne un
quam exaltetur ℣ Caput circuitus
eorum labor labiorum ipsorum operiet eos
℣. Veritatem nostri considerabitur no
mine tuo et habitabunt recti cum vul
tu tuo Quo finito legatur pas
sio sine titulo sine benedictione
et sine salutatione et tunc sint
due sindones idest due stole in
unum sibi coherentes super alta
re posite et sub cumgrelio ut
in eo loco ubi legitur Partiti
sunt vestimenta mea sibi tollant
eas duo acolyti in modum
furantis et secum auferant

Egressus ihs cum discipu
lis suis trans torrentem
cedron: ubi erat hortus In quem
introiuit ipse et discipuli eius
Sciebat autem et iudas qui tra
debat eum locum: quia frequenter ihs
conuenerat illuc cum discipulis
suis Iudas ergo cum acceptisset
cohortem et a pontificibus
et pharisaeis ministros: venit
illuc cum laternis et facibus et
armis Ihs itaque sciens omnia
que ventura erant super eum:
processit et dixit eis Quem que
ritis: Responderunt ei Ihm nazare